

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Meditationum Ad Pandectas Sacras Specimen Qvintum, De Usu S. Scripturæ In Jurisprudentia

Rostochi[i]: Typis Nicolai Schwiegerovii, [1730]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002317975>

Druck Freier  Zugang



RU jurist. 29.April.1730
Mantzel, Ern. Joh. Frid./f

9

MEDITATIONUM
AD
PANDECTAS SACRAS
SPECIMEN QVINTUM,
DE USU
S. SCRIPTURÆ
IN
JURISPRUDENTIA,
QUOD, DEO VIRES LARGIENTE,
ET CONSENTIENTE
MAGNIFICA JURE-CONSULTORUM FACULTATE,
IN ACADEMIA PATRIA,
PRÆSIDE
DN. ERN. JOH. FRID.
H. C. Hanel,
JUR. & PHIL. DOCT. AC MORAL. PROF. ORDIN.
AFFINE ET STUDIORUM SUORUM PROMOTORE HO-
NORATISSIMO,
H. L. Q. C.
ANNO MDCCXXX. d. XXIX. APRIL. 1730
DEFENDET
THEOD. ERN. STEVER, Rostoch.
Jur. & Phil. Stud.
Rostochi, Typis Nicolai Schwiegerovii, Amplis, Senat. Typogr.

VIRIS
De
Republica Rostochiensi Meritissimis,
Prænobilissimis, Consultissimis, atque
Amplissimis Dominis,
DN. GABR. MULLERO,
&
DN. ANDREÆ Michelsen,
Consulibus gravissimis,
DN. VAL. JOH. Beselin,
J. U. D. & Syndico dexterimo,
**DN. JOH. CASP. MEY-
ERO,**
J. U. D. & Senatori spectatissimo,
DOMINIS PATRONIS atque PROMO-
TORIBUS SUIS COLENDISSIONIS,

T. E. STEVER.

Hanc dissertationem

sacram esse cupit

DISSE^TAT^O QVINTA.

Meditatio I.

I. Sam. XIII, 18. sqq.

Quæ non statim denunciat factum, non dici potest violenter stuprata.

AD Devteronomium hanc quæstionem quidem jam movimus, quia autem tunc non incidimus in hoc illustre exemplum Thamaris, putavimus illud non esse prætereundum. Quæcunque fœmina igitur statim impetuosa instituit querelas, illa pro se habebit præsumptionem, quod violenter sit stuprata; Alia plane non; Scribimus autem notanter: *Præsumptionem*, nam posset etiam muliebris malitia, postquam sine multa reluctantia stuprum passa, pro salvanda existimatione ululatus facere graves, cautus igitur sit Judex, ut suum cuique tribuatur.

Meditatio II.

I. Sam. XVI. XVII.

Bellum repræsentatitum ex pacto Ineundum valde esset consultum.

Bellorum compendia esse sollicite quærenda, quo parcat sanguini humano & evitentur alia devestationum & injuriarum incommoda, omnes Politici valde svadent urgentque: Et dantur quædam, teste historia, talium concertationum repræsentatitarum exempla, quis enim de Horatiorum & Curatiorum dimicatione non audivit; Absint tamen, volumus, ipsorum summorum Imperantium provocaciones ad duella, qualia in Historia Sveco-Danica, ut ex Hispano-Gallica occurunt; Legantur quoad hanc quæstionem exatissime differentes B. RÖHRENSEE Diff. de Monomachia Davidis cum Goliatho, & B. BUDDEI select. J. N. & G. in annexo specimen, Jurispr. Hist. §. 21. seqq. Absint etiam promiscua duella pro justitia causa suscipienda, qualia inter veteres Germanos

A

manos

manos frequentata fuisse legimus in Historia Germaniae etiam media. Conf. B. BECKMANNI *Diss. de Judiciis Dei.* Quæstiones, quas præterea Interpretes sibi faciunt de moralitate facti Davidis, non adeo moramur, videntes, quod negotia populi Judaici acceptatio pauci, evidens satis sit in eo, quod Saul arma Davidi obtulerit, felicemque pugnam appetatus sit. Totum denique negotium non erat sine nomine, siquidem David jam tum designatus erat Rex hujus populi.

Meditatio III.

1. Sam. XIX. 8.

Nummus confessionalis honeste accipitur.

Satis equidem de hoc capite supra scripsimus; Solet tamen advocari etiam hoc dictum, quod testatur pro actu Prophetico aliquid dare moris fuisse, utut illud non bene concludere alios nobiscum videre putemus. Conf. SCHILT. *Instit. Jur. Can.* pag. 286. 338.

Meditatio IV.

1. Sam. XX, 6. 7. XXI. 2.

Falsiloquium est licitum.

Mendacium in sua stricta definitione, quando nempe alterius jus satis fundatum atque quæsitum eludere quis & intervertere laborat, esse peccatum, nemo haec tenus negavit; Eapropter enim excogitata est distinctio mendacii in nocivum & officiosum, vel ceu aliis placuit inde enatus est novus terminus falsiloquii scilicet, quod nimirum licitum genus veritatem dissimulandi appellant. Conscientiunt Moralistæ uno ore, & sufficit hoc loco unus testis PUFEND. de O. H. & C. L. I. C. 10. & de J. N & G. Libr. IV. C. I. §. 8. Exempla præbent facta Jonathani & Davidis in textibus allegatis, quamdiu enim Davidem impie a Saule tradatum fuisse, constabit, omnia, quæ vel ipse David, vel amicissimus Jonathan fecerunt studio conservationis, pro juis atque honestis erunt declaranda. Quod autem quoad Abi-

Ahimelechum adeo tristis evenerit consequentia, id non Davidi, sed homini nequam Doeg & Tyranno, quoad hunc atque, Sauli erit imputandum.

Meditatio V.

1. Sam. XXI. 10. seqq.

Simulatio & dissimulatio ad virtutes interdum sunt referenda.

Sunt, qui, nescio qua fronte, omnem simulationem jubent esse alienam a viro honesto praesertim Christiano, sed reclamat omnis prudentia, & obstant tot sancta exempla, eadem enim luditur scena, quam habemus circa falsiloquium. Dolus bonus est solertia se suaque conservandi, & quamdiu haec solertia non degenerat in astutiam alterius in jure ipsius perfecto decipiendi gratia adhibitam, omnino dissimulare licet. David illustre praebet exemplum insaniam affectans (non enim subscribimus Seb. SCHMIDIO, qui Comment. ad hunc locum, statuit Deum ipsum Davidem quoad mentem turbatum fecisse) quod factum approbant Exegetæ teste B. HOCHSTETTER. Colleg. Pafend. VII. §. 19. Quæ autem juxta Cap. XXVII. simulavit quoad cædem Israëlitarum, ea suo loco relinquimus.

Meditatio VI.

1. Sam. XXII. i.

Quaritur: An David fuerit rebellis?

Homines & cætum hominum, imo hominum, non multæ frugis adsciscere, cum illis circumvagari, internacionem minitari, sane speciosis rationibus illicitam societatem & rebellionem arguit; Sed quia David a Saule vim atque injuriam patiebatur totaque Historia habet divina ad conservationem Davidis designati Regis, creditus hic dari exceptionem a regula vid. Clar., Dn. FEUERLINI Philosophi Altiorfini, Viri floride docti illustria Davidis facta ex Jure Natura illustrata Diss. Acad. 1715. quam etiam, quoad alia Davidica consuuisse juvabit.

A 2

Medi-

Meditatio VII.

I. Sam. XXII. 2. sqq. XXIV. XXVI.

*Quatenus Principi resistere ipsique manus
inferre liceat, anceps est quæstio.*

Videantur inter se dissentientes *Magnus GROTIUS de
J. B. & P. L. I. C. IV. §. 7. & ill. PLIFENDÖRF de J. N.
& G. L. VII. C. 8. §. 5.* Nos subscribimus Grotio, qui
obedientiam supponit in regula, ut & in exceptione, si Prin-
ceps excedat officia boni Principis, qui tamen etiam tribuit
jus resistendi in ea exceptione, si Princeps plane nomen &
definitionem boni Principis neglexerit. Exempla Davidis
Saulem non occidentis non adeo faciunt ad regulam, præ-
sertim quia fuisse valde inconsultum iis locis & temporibus
id facere, imo ob Saulis assecelas perniciosissimum. Sed for-
te arcana divina latent in his passibus, quapropter manum
de tabula. = *recte*

Meditatio VIII.

I. Sam. XXV.

*Decretum Davidis contra Nabalem defendant
alii, nobis illud iracundiam audit.*

Quæ pro Davide militare videntur, sunt ingratitudo
Nabalis & denegata humanitas compensatoria: Probabilis
extrema necessitas & vitæ ob famem periclitatio, vindicta ob
ignominiosam Nabalis responcionem: Dominum eminentis
Davidi ceu Regi divinitus denominato competens; Sed non
sunt talia, quæ plane eundem excusant, nam obligatio ad
~~artidapa~~ est valde imperfecta: Necesitas non potuit esse
tanta ob patentem ambitum viciniæ: Domini eminentis ju-
ra nondum quadrabant in Davidem ceu designatum tantum
& adhuc vagantem: Vindicta denique ob injurias excede-
bat cardines, juraverat enim David internacionem Familia
Nabalis ad infantulos usque (non enim putamus per min-
gentes ad parietes intelligi canes, sed puerulos, nisi rationi-
bus

bus haud ultimi ordinis) Tribus: David aliquid humani patiebatur, inde temerarium juramentum rectius eundem revocasse, quam servasse dicimus, ut taceamus illud intellectum fuisse rebus sic stantibus, quas res tamen Abigail sua inviloquentia in alium statum reducebat. Denique ipsum Davidem sibi per hanc iracundiam potuisse odium & existimatum parare, prudenter erit observandum. vid. Bayle Diction. Article David, qui vehementer taxat hoc Davidicum atten-tatum. Conf. M. SCHERFFII & M. DAHTEN Disp. Spec. Lipsia 1703, 1723.

Meditatio IX.

I. Sam. XXIX.

Pythonissa Endorea artes excoluit Magicas.

Quid de corpore delicti Magiae sentiamus, supra dedimus; Hæc saga Endorea venit semper in censum, sed sufficit propter Legem de magia dæmoniaca a Deo datam, dari genus nequitiae pessimum quod prævaricationem adversus Deum appellavimus; Qui præterea in facto ventriloquam dicunt Endream, disputantque, an & quale illud fuerit phantasma? Nostri non sunt. Verum sufficit, eandem fuisse feminam illicitas artes excerptem, & vi divini edicti, sup-plicio afficiendam.

Meditatio X.

II. Sam. V, II. seqq.

Fædus, præsertim commerciale, cum infidelibus inire utique licet.

Ne ulla causa superefflet non agitata, de justitia foedrum cum infidelibus solet litigari. Res ad pauca reddit, religionem diversam inter Principes plane non venire in quæstiōnem circa foedera, modo non ineatur foedus cum infidelibus ad extirpandam veram religionem, quale non præsumitur; Verum igitur putamus esse nostrum assertum etiam de foedere bellico, multoque inde magis de commerciali; Hincque observamus Christianorum summos Principes cum

ipso Turcico Imperatore ex Principiis Juris Gentium familiariſſime versari, adeo ut etiam fratris nomine ſibi in vicem & reciproce veniant; Denique Problematis instar addimus, non dari euen Erb-Feind, ſed hanc appellationem eſſe reliquiam papalis fraudis quoad expeditiones cruciatas excogitatae.

Meditatio XI.

II. Sam. VI. VII. Conf. i. Chron. XXVIII. & XXIX.

Cura sacrorum eſt pars summi imperii.

Longa haec eſt historia, & Deo ſit laus, quod inter nos nullus sobrius ſit, qui jus circa ſacra a reliquis juribus Majeſtaticis separaret, & viſibile caput eccleſiae universale admittendum eſſe Principem in ſuo territorio ut Papam i. e. illum, quem Papa alias ſe haberi vult. Eſt autem hoc jus notanter circa ſacra, quae etiam ſunt veritates internae, quae merae ſunt conſcientiae, in ea Princeps non affectat imperium, ſed tantum adornat, ut rite indagentur etiam in Synodis & Conciliis. Quod autem ab omni ævo Eccleſia fuerit conſiderata inſtar Collegii liciti in Republica ſub alis Dei & Principis, id ex Hiſtoria ſacra & profana patet, donec novum illud & artificioſum papalis Monarchiae ſkeleton ad tantam obefitatem excrevit, ut phthisi denique laborare debuerit, cum Deo plane in primam materiam id eſt in nihilum relapsurum. David, Saſolomon & omnes Reges Iſraelitici ordinarunt, quae circa ſacra ad ordinem & decorum requirebantur, veritates autem diuinæ ab immediata revelatione per Prophetas expectabant.

Meditatio XII.

II. Sam. X.

Legatos etiam ad negotia humanitatis mittere antiqua & bona eſt consuetudo.

Interest Rebus publicis praesertim vicinis mutuam ſervare amicitiam, & quia nolunt Statistæ, ut ſummi Principes in propriis personis ſint ſæpe convenientes ob ſumtuſ & alias difficultates. Legati ſunt illæ personæ mediæ, quibus ceu

auribus & oculis utuntur Principes, & non præcise semper ad negotia altioris indaginis mittuntur illi sed ad solam humanitatem etiam in gratulationibus & condolentiis testandam; Solemus enim nos privati exinde qualemcumque affectum colligere, minimum aperta inter nos non geruntur bella, quamvis simultates sub verbis honorum lateant, quoties nobis bona verba dicimus; Multo magis inter Magnates utille erit perpetuam conservare animorum & aularum harmoniam. Illustre est exemplum Davidis, qui ad condolentiam solam suo jam tempore mittebat Legatos, non igitur heri vel nudius tertius nati demum sunt modi captandi benevolentiam & aulice, ut hodie loquuntur, vivendi, galant zu seyn und zu leben zu wissen.

Meditatio XIII.

II. Sam. X. 4. sqq.

Injuria Legatis illata est justa belli causa.

Quam sancta debeat esse Jure Gentium Legatorum conditio, præsertim si characterem habeant representatitum nemini non constant; Hinc ad justas etiam belli causas merito refertur eorundem violatio, præsertim, si illa fiant in specialem contumeliam Domini, quale exemplum præbent Ammonitæ, qui Davidis Legatos ex officiositate missos, turpiter tractabant ob suspicionem explorationis male fundatam. Habet Historia junioris etiam ævi varia in hunc ordinem venientia & suppeditat largam segetem *Wicquefortii Memoria Legatorum*. Longa alias est disputatio de foro Legati & contrahentis & delinquentis, & convenire videntur DD. in eo, quod Legatus conspirationem & aliam proditionem moliens sit omni sanctitate indignus. Si igitur Davidis Legati exploratum venissent aliter esset pronunciandum.

Meditatio XIV.

II. Sam. XI. 15.

*Literæ Bellorophontæ (Urias-Brieffe) peccant
vel in justitiam vel prudentiam.*

Vulgaris illa denominatio literarum talium, quas quis
trans-

transfert ut nuncius sibi tamen nocivas, ex hoc loco profluit. Habemus Regiomontanam dissertationem de talibus literis; & quicquid ille autor sentiat, tamen putamus, quod longe tutius expediri possunt, quæ per internuncium in propria causa fiunt; Aut enim innocentii dantur & turpes sunt, aut nocenti, & sic modus ille est minus tutus. Tribus: Literæ Bellorophontæ non habent usum practicum.

Meditatio XV.

II. Sam. XII.

Elenchus, adversus Principem præsertim, quam moderate est exercendus.

Absit ut in illam litem, an excommunicatio ecclesiastica principum papalem tyrannidem sapiat, nec ne, descendamus, est enim nimis spatiofa, imo res est judicata. Admiramur saltem moderationem Nathanis, qui, speciale utut mandatum divinum habens, tamen per fabulam Davidem ad poenitentiam ducit. Prudentia vult, ut veritas dicatur sine amarulentia, præsertim si cum eo res sit, qui potest proscribere; & quamvis pro veritate proscribi, honor insignis sit, tamen pro veritate immodeste dicta proscribi, meretur vituperium, est enim martyrium affectatum. Eadem luditur fabula in quavis litigatione eruditorum, qui enim fungus est, ille non fit hæreticus, & qui fungus non est, ille non patitus se fustibus vel amarulenta verborum vehementia ad veritatem reduci. Exemplum omnibus sit Nathan quem nonnulli appellant des Königs Davids Oberhoff-Prediger und Kirchen-Raht, quem flosculum patiemur hoc pacto ne eundem appellant Davids Beicht-Vater, & ne ipsis vocitetur Moses des grossen Gottes Cankler.

Meditatio XVI.

II. Sam. XII, 31.

In hostem devictum omnia licent salva tamen humanitate, quam in ipsis penit erga bene meritos exercendam habemus.

Vulgariter est: In hostem devictum omnia etiam extrema

ma

ma licent. Sed quis unquam ad infinitos & inauditos dolores hæc extendere voluit. Ipos facinorosos, quibus forci-
pes & rotas dictamus tandem ultimo suppicio afficimus, &
ministros verbi divini eapropter vocamus, quo assistant ad
ultimum halitum usque, hinc etiam quasdam poenarum spe-
cies ad tyrannicas & obsoletas referimus, omnes scilicet il-
las, quæ mortem non intra horas, imo ne quidem diem ha-
bent comitem, quorum spectant poena inediæ, oculorum ef-
fossio, sui ipsius membratim imposita consumtio &c. Mortis
supplicium est extreum, & quamvis poena mortis per præ-
ludia illius interdum exasperatur, tamen omnis doloris finis
mox mors est. Et si mors est terribilium terribilissimum, ut
vult Philosophus, non datur poena morte etiam subita ma-
jor. Quoad devictos hostes aliter adhuc sentiendum, & qui
hodie in acie non occumbunt, illos antiquo more capitum
suppicio subjici non amplius per Dei gratiam audimus. No-
stra bella sunt modi litigandi inter Principes, hinc juvat tan-
tum instrumenta adverlarii removere, id quod salva vita fi-
eri potest. Non taxamus bella Domini, in quibus Deus ipse
interdum jubebat ex sancta punitivi belli ratione omnes oc-
cidere, sed tantum Romanos imo Germanos vituperamus,
qui innocentes milites ob Dominorum delicta trucidarunt ex-
tra aciem; Servos notorie solebant facere Romani devictos
milites, conveniebat hoc rationi status illius temporis, ho-
die aliter judicant. Principes cum pacificationibus omnem
hostilem animum deponunt. David, nisi metaphoram admi-
serimus, truculentissime tractavit Ammonitas: Er hat sie un-
ter eiserne Sägen und Zäten und Keile gelegt, und hat sie ver-
brant in Ziegeldösen. Sed hic datur metaphora, vid. B. DAN-
ZII Diff. de Davidis in Ammonitas devictos mitigata crudelitate.
David proprio jure ad durissimos labores adhibebat Ammo-
nitas, er machte sie zu Sklaven, die mussten allerhand schwere Ar-
beit verrichten. Habemus in nostra vernacula phrases plebe-
jas apprime hoc corroborantes: Er steht unter dem Flegel, er
sieht unter der Säge i. e. triturat & afferes facit. Quousque

interea jura victoris se extendant in personas devictorum, e-
leganter docet GROTIUS de J. B. & P. Libr. III. Cap. XIV. §. 2.

Meditatio XVII.

II. Sam. XIII. 13.

*Conjugium fratrum & sororum nunquam inter
Iudeos fuit concessum.*

Speciosum satis videtur, quod Thamar fratri Amnoni sine formidine oppositi dixerit: Nede mit dem Könige, so wird er mich dir nicht versagen; Sed habent interpretes multa, quæ hoc evertunt. Quidam enim dicunt: Thamarem ex vulgi consuetudine filiam Davidis fuisse appellatam, cum tamen pri-vigna ejus fuerit; Alii Thamarem ceu foeminam jus ignorasse dicunt vel putasse, patrem Regem dispensare posse; Alii eandem hæc protulisse dicunt in summa mentis perturbatio-ne, quo se extricaret ab amplexibus illicitis. Quarere autem, cur non clamaverit & an stuprum fuit vere violentum? Nasutulorum est. Quis enim scit, an non clamaverit, & textus dicit, quod Amnon jussit omnes suos domesticos secedere.

Meditatio XXIII.

II. Sam. XVI. XIX. coll. 1. Reg. II. 8. sqq.

David prudenter Simejo gratiam exhibuit.

In continent locum dare Commilitonibus, ut Simejum occiderent, prudentia yetabat, sic etiam gratiam petenti eandem tribuere par & eadem postulabat prudentia; Quomodo autem salva juramenti religione potuerit Salomonii vindictam in ultima voluntate mandare, multis disputari sollet. Alii juramentum de tempore stricte interpretantur, adeo ut David tantum pro se & suo regimine veniam promiserit. Alii & quidem rectius eum PUFEND. de J. N. & G. Libr. IIX. Cap. 10. §. 3. volunt, Davidem non voluisse, ut Salomon capite plesteret Simejum, sed ut sibi caveret atque tam nefario & nullæ fidei homine, cumque ita confinaret at-

que

que observaret, ne pessima denuo moliri posset. Id quod cum dictata poena confinutionis valde conspirat, prævidebat enim Salomon tali ratione eundem mox incidere posse in pœnam capitis.

Meditatio XIX.

II. Sam. XX, 18.

Responſa. Igitur sunt quidem antiquissima, sed ex Academia Abelensi nulla sunt petita.

Placet illorum Exegetarum opinio, qui dicunt Abelem fuisse sedem multorum virorum sapientum, quorsum respexit hæc proverbialis locutio; Et constat inter Judæos fuisse distinctas urbes, distinctum eruditorum confluxum habentes, qualis fuit Kiriath Sepher Jos. XV, 15. Sed quæ passim legimus de Academiis Hebræorum ad ideam nostrarum Academiarum applicata, ea nos dissentientes reliquerunt: Distinctio enim in quatuor facultates, promotio Doctorum, Apostoli Pauli Disputatio inauguralis & reliqua, fidem apud nos haud invenerunt, & dubitabimus adhuc, donec nobis etiam de ministris Academiæ ibidem obviis fidem fecerint.

Meditatio XX.

I. Reg. II, 5. 6. 28. seqq.

Pœna Joabi confirmat regulam de homicidio non aggratiabili.

Hoc ipsum exemplum, quod pro aggratiatione in homicidio doloso solet afferri, retorquendo contrarium omnino probat; David ex multa ratione status nolebat Joabum ad supplicium trahere, sed mandabat vindictam filio, nec occisus est ille propter crimen læsa Majestatis, quia Adoniæ assecula fuerit, sed textus clare docet, quod corpus delicti fuerit pessimum duplex assassinum; Quid enim significantius verbis: *Dass ihr Blut bezahlet werde auf den Kopf Joab.* NB. Volumus hoc loco notare, quod supra ad Genes.

B 2

IX.

IX. errore calami nominatus sit *Carpzovius*, cum allegandus esset *Rishenbergius*.

Meditatio XXI.

1. Reg. II, 36. seqq.

Pœna confinacionis inter arbitrarias vehementer nobis placet, & usu adhuc frequentanda.

Pœnæ arbitrariæ Medicum Legislatorem postulant, præsertim enim fustigatio & relegatio in perpetuum cum infamia sunt de genere pœnarum, quæ finem non obtinent, quem intendunt Judices. Placet insigniter pœna confinacionis cum addita clausula de graviori, si violata fuerit sententia. Eo ipso enim sequestrantur nefarii homines à societate humana aliquadantenus, & qui non plane sunt phlegmatici, satis sentiunt malum. Majores nostri, ceu probare habemus ex judicatis, solebant hac pœna uti in formula: *Goll nich über sinen Sill gahn by Straß des Levens.* Novimus etiam proximis temporibus tales sententias ex eminenti potestate esse latas, & præsertim illustre habemus exemplum decrepiti Ministri status, cui assignabatur prædium, ubi sat commoditatis habere poterat, sed omnis interdicebatur conversatio etiam per literas: *Eß solte niemand ihn besuchen, auch solte er keine Correspondence haben.* Sed JCtorum manus sunt ad viridem praxin astrictæ & ora sunt alligata ad modos pœnarum receptos; *Receptos dicimus*, nam in legibus Romanis fundata satis est haec pœna, & vitium præxeos est quod non frequentetur. Vid. l. 5. & 9. ff. de interd. & relig.

Meditatio XXII.

1. Reg. III, 16. seqq.

Super judicium Salomonis inter matres litigantes, judicium nostrum suspendimus.

Prudentissimum certe erat, ex affectibus judicare, utut
valde illæ nos fallere possint; Prudentia igitur tantum non
Salomo-

Salomonea erit adhibenda. Quod ipsam autem attinet sententiam inter has matres, quantam illa sapiat eminentem sapientiam, cuilibet judicandum relinquimus.

Meditatio XXIII.

i. Reg. IX, 28. X, 22.

Ophir Salomoneum probabiliter fuit provincia Americana.

Eruditorum solertia multam impendere voluit hactenus diligentiam ad inveniendam terram Ophir; Hallucinantur valde, qui Hispaniam intelligunt; Probabiliora memorant, qui Chinam vel aliam partem Indiae orientalis designant; Sed nobis semper placuit opinio eorum, qui de America cogitant. Quod enim nunquam ante Columbum vel Vesputium aliis mundi plagis innotuerit America, multa argumenta plane non admittunt. Anagramma tamen in *Ophir & Peru* vel analogiam cum *Parwaim* haud scrupulose querimus. Sed quae est usus hujus meditationis in Jurisprudentia? Respondetur: Non equidem faciet ad lites in curia decidendas, erit tamen grata politioris Jurisprudentiae Studio, quippe cui ornamento insigni est, ultra libellum supplicem faciendum sapere, & in Historico-Geographicis eruditus esse.

Meditatio XXIV.

i. Reg. XII.

Rebabeam specimen est Principis rationem status nihil intelligentis.

Eventus docuit, quam malesana haec fuerit ratio status; Principis est, salva justitia, populi captare benevolentiam; Mordere solet, plebs praesertim, frenum, unde paulo remissius erit coercenda. Sed non putamus, nos hoc promptius exponere posse, quam fecit D.N. BOHMERUS Jur. Publ. univ. Part. spec. Libr. I. Cap. 5. §. 29. Malum est, inquit cum Dionae, habere Principem, sub quo nihil licet, peius tamen, sub quo

omnibus omnia. Miserrima erat populi Iudaici conditio sub Agyptiorum Regibus &c. Huc pertinet etiam ambitiosa responso Rehabeami ad populum, ex qua sane insignis imprudentia elucefecit. Optime Seneca Libr. 1. de Clement. c. 24. remissius Imperanti melius paretur. E contrario nulla vis imperii tanta est, que premente metu possit esse diuturna, ut ait Cicero Libr. de Offic.

Meditatio XXV.

I. Reg. XVII 3. Coll. II. Reg. IV. 25.

Nec Elias nec Elisa fuerunt Monachi, & Carmelitæ frustra Patronum querunt in S. Scriptura.

Fingunt Pontificii ad colorandam justitiam vitæ monasticæ, Eliam fuisse Eremitam, ejusque cavernam ad torrentem Crith appellant Cellam monachalem; Et Carmelitæ Elisam ordinis sui Patronum atque institutorem appellant, prout & ipsum Enochum, nescio qua fronte, ordinis cuiusdam religiosi patrem & Autorem nominant; Sed somniant hæc lepida capita; Reip. interest, neminem adesse, qui tantum fruges consumat, sed satius est, quemvis præbere influxum in felicitatem societatis. Vellemus, ut memores essent Monachi initii veri ordinum, quod sane est institutio puerorum & propagatio religionis, sic observarent, se hodie frustra devorare pulmenta. Resp. plane non indiget illis hominibus religiosis, qui supernumerarii sunt, quando enim sufficiunt verbi divini & scholarum Ministri, qui alio fine religiosi in ordinibus & cœnobiosis sunt, inutilia erunt provinciarum pondera.

Meditatio XXVI.

I. Reg. XX. 11.

Victoria est ambigua, & spectat interdum ad fortuna.

Regia & Heroica erat responso Achabi data Regi Sy-

ri-

riorum, fastuose eundem alloquenti; Recte enim dicebat: Saget, der den Harnisch anleget, soll sich nicht rühmen, als der ihn ableget. Consilia Statistarum volunt, belligerantes esse procul à fastu & contemptu adversarii, man solle seinen Feind nicht gering schätzen; Testantur historicæ relationes, quam perniciosissima sæpe fuerit talis anticipata victoriae opinio; A minimis enim pericula imminent; Hinc Ovidius:

*Parua necat morfu spatiosum viperæ taurum,
A cane non magno sæpe tenetur aper.*

Et autor Cantici illius, quod per Alphabetum canitur, ne litera X. eset sine symbola, Xerxen multitudini copiarum confidentem, occubuisse refert. Nemo igitur Triumphum oce- nat ante victoriam.

Meditatio XXVII.

i. Reg. XXI

*Naboth potuit declinare oblatum contractum
super vineam.*

Quod modus procedendi adversus Nabothum fuerit ty-
rannicus, nemo, utut acutissimus defensor, aliter adumbra-
bit. Vid. MARC. RHODII, Jcti. Francof. Diss. de processu
injusto Achabi in punto vinea 1696. B. J. F. MATERI Diss. de
Achabo appetente, & Nabotho vitam vinea postponente. Manebit
igitur tantum in quæstione, annon ex dominio eminenti
Achab potuerit venditionem imperare; Vel, annon impru-
denter fecerit Nabothi contractum declinans? Sed facile re-
spondebitur, nam quid prudentia svalserit, regulis justi non
subjacet; Et præsertim Naboth se fundabat in lege divina,
quam supra quoad retrovenditionem memoravimus; Conf. Lev.
XXV. 15. 23. 25. Num. XXXVI. 7. Naboth non erat ege-
state pressus, insuperque videbat se in Jubilæo vineam
suam

suam cum horti facie permutatam, non esse recuperaturum. Dominum eminens vero, prout idem ad 1. Sam. VIII, habuimus, supponit *necessitatem & utilitatem publicam*, non vero meram Principis voluptatem aut beneplacitum. Legatur uberius *Diss. Rhodii.*

Meditatio XXIX.

II. Reg. V. 17. seqv.

An fidelis infideli ministerium possit præbere, & quatenus peregrinis interesse sacris liceat?

Quæstio fori conscientię est.

Respondemus paucis ad hanc quæstionem negative, si scilicet plane infideli v. g. Turcæ Christianus vellet à ministerio esse; Et sacris Non-Christianorum ultra curiositatem interesse, plane damnamus, ita ut non putemus dari retriorem sententiam; Legatur B. MAYERI *Libellus s. t. de* an Päbstliche Verter reisende Lutheraner.

Meditatio XXIX.

II. Reg. VI. 28. seqv.

Queritur: An carnibus humanis vesci liceat summa in necessitate.

Moralistæ enumerantes casus necessitatis ad hunc etiam devenire solent interdum, casum præsertim de oberrantibus in vasto oceano omni victu destitutis fingentes. Sunt qui affirmant mactari posse socium per sortem, nisi non circumscripta legibus necessitate; Sunt etiam, qui exhorrelcere se dicunt; Exhorrescant iterum, tamen si factum fuerit, crimen hoc effet sine poena. Anthropophagos interea, qui proprios parentes depontanos mactant, ceu peccatores aduersus

Jus Naturæ seriò damnamus.

STEVERO

Suo
Salutem p. d.

P R A E S E S,

Si modestia & humanitas primariæ, præsertim Literatorum, sunt virtutes, sane tu DOMINE STEVERE, qui modestissimus, qui humanissimus es, maximam tibi conciliasti laudem. Jam autem nemo dubitat de veritate theseos; Ergo quia de hypothesi testimonium petitur ex ipsa notorietate; Habes quæ in te valde possunt laudari. Si porrò studere est perpetuo operari & ex perpetua operatione venit eruditio, tu certè in omni sensu Studiosus es, annos enim tuos Academicos perpetua lectionum frequentatione consumpsisti hactenus, & nemo est, qui te non referat ad illos Rostochienses, qui singulari nisi futuros honores jure suo sibi postulant. Sed ne videar testimonium ferre domesticum, provoco ad Auditorium. Vale, & Familiæ tuæ ornamenta in Ascendent & Collaterali serie feli-citer auge. Dab, d. 26. April. Anno MDCC XXX.

Es blüht das Kleeblad edler Bruder annoch an unserm
Warnau-Strand /
Der Stevers Stamm hat Zweig und Aeste zur Ruh und Schat-
ten angewandt.

Man kan an Ihrer Redlichkeit des Bürgermeisters Bild-
niss kennen/
Die Rostocks Kindes- Kinder noch im Grabe ihren Vater nen-
nen.
Da Du den auserlesene Sprosse von Stevers Tugend und
Geschlecht /
Heut unter unserm Theuren Mantzel erkährest Gottes Licht
und Recht /

50

So sey mein Zuruff: Zeige heut/ was wir vereinst von dir zu
hoffen/
Der Himmel mach das Rath-Haus Dir so wie heut die Ca-
theder offen.

Mit diesen wenigen Zeilen Begleitete seinen gelieb-
ten Vetter und Bruder zur Catheder

J. C. ATTELMEYER,

Opponens.

Als wunder/ Wehrter Freund/ daß Du Gelehrsamkeit/
Und das/ was Wissen heißt/ besitzest sonder Streit:
Es macht Dein emsiges und stetiges Studiren/
Wie auch ein gründliches und rechtes Meditiren.
Ist da schon wiederum Dein hoher Sinn und Geist/
Uns klarlich zeigen wil/ was Disputiren heißt;
So wünsche Dir hiezu des Himmels reichen Seegen/
Dir mit den übrigen auch glücklich abzulegen.

Diese schlechte Zeilen hat seinem wehtgeschädig-
ten Freunde befügen wollen.

C. D. WOLFFRADT;


Opponens.

Du stellst Dich/ Wehrter Freund/ der ganzen Musen Schaar
Indem Du disputirst, heut als ein Muster dar/
Was vor Geschicklichkeit der müsse mit sich führen/
Der die Catheder wil als Respondente zieren.
Du bist mit einem Wort: Vernünftig und gelehrt/
Von einem jeglichen gelobet/ und geehrt/
Und weil Du mich erwählt/ daß ich heut unter andern
Als Zeuge Deines Ruhms soll zur Catheder wandern/
So nimm den Danc^t dafür anjezo schriftlich an/
Bis ich Dir meinen Wunsch bald mündlich zollen kan.

Mit eifertiger Feder setzte dieses
H. A. CAROC, Gryph. Pom.

Opponens.

¶ 3 (o) ¶



STEVERO

Suo
Salutem p. d.

PRÆSES.

umanitas primariæ, præsertim Literatorum,
ane tu DOMINE STEVERE, qui modestissi-
mus es, maximam tibi conciliasti laudem.
dubitat de veritate theseos; Ergo quia de hy-
n petitur ex ipsa notorietate; H abes quæ in-
dari. Si porrò studere est perpetuo ope-
operatione venit eruditio, tu certè in omni
annos enim tuos Academicos perpetua le-
tione consumpsisti hactenus, & nemo est,
ad illos Rostochienses, qui singulari nisi su-
o sibi postulant. Sed ne videar testimo-
nicum, provoco ad Auditorium. Vale, &
nenta in Ascendenti & Collaterali serie feli-
[REDACTED] 26. April. Anno MDCC XXX.

Kleeblad edler Bruder annoch an unserm
Warnau-Strand /
Um hat Zweig und Asten zur Ruh und Schat-
ten angewandt.
er Redlichkeit des Bürgermeisters Bild-
nis kennen/
ndes Kinder noch im Grabe ihren Vater nen-
nen.
erlesene Sprosse von Stevers Tugend und
Geschlecht /
Theurem Mantzel erldhrest Gottes Licht
und Recht /

Se